

428

426

432

naturali, ex propria industria veniens, quam designat oleum
in ea crescens, quod est nutrimentum lumen, et scientia
experimentalis, quae in lampadibus ecclesiarum designatur.

422

IV. Ratione torrentis, in quem immunditiae omnes de
civitate eductae projiciuntur, et in eo consumuntur et dedu-
cuntur: ut patet fol. 150. Sic omnis mundi immunditia sapien-
tia praedicatorum tollitur, Prov. 18: aliqua profunda verba
ex ore viri, et torrens redundans fons sapientiae. Sacra etiam
Scriptura torrens redundans, de quo debet praedicator bibere,
juxta illud Psalmi: de torrente in via bibet etc. et illud:
torrente voluptatis potabis eos etc.

437

V. Ratione cedrorum, qui juxta torrentem crescebant.
Cedri enim semper virent, celsae sunt et habent lignum
imputribile. Sic praedicator habet viorem castitatis, altitu-
dinem paupertatis, et imputribilitatem obedientiae in tribus
votis.

417

VI. Ratione situs loci congruit praedicatoribus. Est enim
locus in valle, et extra civitatem, et prope urbem. Sic pae-
dicatores semper debent manere in valle humilitatis, extra
mundi tumultum, prope homines, quos verbis et exemplis
aedificant.

477

VII. Ratione asperitatis. Est enim locus ille in petris,
durus et asper. Sic vita praedicatoris debet esse in asperitate
et corporis castigatione, ut in servitatem redigatur, ne forte,
cum aliis praedicaverint, ipsi reprobi habeantur; ut fecit Apo-
stolus 1. Cor. 9.

327

VIII. Locus est solitarius, studio et contemplationi aptus,
quae convenient praeicatori bono et utili, et non bene in
tumultu aguntur.

Ende

Anfang

IX. Locus est satis arctus et strictus, designans mentem,
recollectionem, et recessum ab evagationibus variis.

X. Locus est proximus monti Oliveti, monti offensionis,
et monti Syon, et valli Hennon, et agro Akeldamah. In
quibus notatur materia praedicanda, ut praedicet vel de monte
Oliveti, de virtutibus; de monte offensionis, de vitiis; de
Akeldamah, de morte; vel de valle Hennon, de Gehenna
aeternae damnationis. Vel debet praedicare montibus et val-
libus, hoc est, sapientibus et insipientibus debitor esse debet,

